

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 6: De passione domini (14)

Bernardus:

O homo, respice oculo mentali,  
quanto astringaris redemptori tuo debito. Respice dorsum patientis.  
Respice sudorem sanguineum, alaparum contumeliam,  
flagellorum instantiam, coronam spineam, sputi, ludibria,  
crucis angariam, patibuli suspendium, languentes oculos,  
oris pallorem, fellita cibaria, amara pocula, caput inclinatum,

latus vulneratum, mortis dolorem, doloris clamorem,  
virginis lacrimas, apostolorum gemitum et cetera omnia,  
que pro te rex glorie passus est, et considerato diligenter,  
que ante posita sunt,

et vide si poteris ei respondere unum pro mille.

Idem Bernardus:

“Respice oculo mentali, o homo,  
quanto remunerationis debito astringaris Domino patienti pro te.  
Respice sanguineum sudorem, alaparum contumeliam,  
flagellorum instantiam, coronam spineam, sputa, ludibria,  
crucis angariam, patibuli suspendium, oculos languidos,  
oris pallorem, fellita cibaria, acida pocula, caput inclinatum,  
geniculationes, irrisiones, titulum famosum, sortem uestimentorum,  
geminatum *Crucifige....*”

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis praedicabilibus*,  
2.4 (CCCM 124A J. Berlioz & J.-L. Eichenlaub eds., pp.102-3, ll.622-  
629).

[fons nondum repertus]

si uoluerit contendere cum eo  
non poterit ei respondere unum pro mille (Iob 9:3).